

## 1.

*Erzbischof Eberhard [I.] von Salzburg beurkundet die von ihm vorgenommene Weihe der Kapelle am Fuße des Berges in Pitten, die den Chorherren von Reichersberg gehört und mit ihrer Ausstattung nicht dem Pfarrer daselbst untersteht, dessen Rechte aber nicht verletzt werden dürfen, gestattet den Chorherren den Gottesdienst in der Kapelle für alle Gläubigen und Predigten für das Volk am Kirchweihfest und an den Festtagen Johannes des Täufers und des Apostels Petrus.*

1149 (nach September 24), Pitten.

*Or. Reichersberg StiftsA: U 6 (A).*

*Mon. Boica 4 (1765) 415 Nr. 8 aus A. — UBLOE 2 (1856) 249 Nr. 165 aus A. — SUB 2 (1916) 386 Nr. 272 aus A.*

*Ausz.: Hormayr, Taschenbuch 3 (1813) 125.*

*Reg.: Meiller, RAS (1866) 62 Nr. 35 zu 1149 Okt./Dez. und 453 Anm. 16. — Van den Eynde, L'œuvre (1957) 214 Nr. 42. — Classen, Gerhoch (1960) 351 Nr. 52.*

*Bereits Martin, Urkundenwesen (1915) 639 vermutete wegen der einfachen Ausfertigung einen Reichersberger Chorherrn als Verfasser und Schreiber. Fichtenau in MIÖG 52 (1938) 13f., 24 und 26 wies die Herstellung Propst Gerhoch zu; ihm folgte Classen a. a. O.*

*In Übereinstimmung mit Meiller a. a. O. ermöglicht die angegebene Indiktion eine gewisse zeitliche Einordnung.*

+ ‡ In nomine summe trinita[tis. ‡ Not]um<sup>a</sup> sit Christi fidelibus, quod ego Eberhardus Ivuauensis ecclesie archiepiscopus in pede montis Putinensis consecravi capellam propter usus fratrum Richerispergensivm tali videlicet cautione, ut eadem capella cum dote adiacente in potestate sit eorundem fratrum, neque plebanus eiusdem loci aliquid in ea iuris habeat, neque ipse de suo iure aliquid amittat propter eandem capellam, in qua nimirum divina officia fratribus celebrari concessimus, que illic audire nullos fideles prohibemus ita videlicet, ut suo iure non privetur Putinensis plebanus. Populares quoque sermones in precipuis festis eiusdem capelle inibi fieri permisimus, videlicet in dedicatione ac festis beati Iohannis bap<sup>b</sup>tiste sanctique Petri apostoli. Interfuerunt autem huic dispensationi: dominus Romanus Gurcensis episcopus et prepositi Gerhohus Richerispergensis et Werinherus Seccowensis, presbiteri capellani nostri Rōdpertus, Gotescalcus, Ódalricus; et de Patauiensi episcopatu Marquardus prepositus Niwenburgensis, canonici Richerispergenses Waltherus et Heinricus presbiteri, canonici Niwenburgenses Herimannus et Hildibrandus diaconi; plebani sacerdotes Hartwicus de Lanzenkirichen, Meginwardus de Bramberg, Richerus de Putin; laici nobiles ac ministeriales comes Ekkibertus, Dietricus de Mosen, Depoldus<sup>b</sup> de Lechisgimunde, Turingus de Weriven, Sigemar de Libenize, Hartnidus et frater eius Marquardus de Vcelingen, Truslebus de Radistat; Putinenses ministeriales Poppo, Livpoldus, Rapoto, Chono,

Turingus et populus multus ad dedicationem ipsius capelle collectus. Et ut hec nostra dispositio firma et inconvulsa permaneat, paginam hanc sigilli nostri roboravimus inpressione.

(S.)

Actum Putine anno dominice incarnationis m(illesimo) C XL VIII, indictione XIII.

*Siegel aus naturfarbenem Wachs, mit Pergamentstreifen auf dem Rücken eingehängt, stark beschädigt, Umschrift nur noch in Resten erkennbar, Typar 2 (s. SUB 2 Tafel III).*

---

<sup>a)</sup> Einriß vom Rande      <sup>b)</sup> A.